

fato...  
... deos

spätantike *argumenta* für die *Aeneis*:

Aeneas primo Libyae depellitur oras.  
Vir magnus bello, nulli pietate secundus  
Aeneas odiis Iunonis pressus iniquae  
Italiam quaerens Siculis erravit in undis,  
naufragus et tandem Libyae est advectus ad oras...

Sen. epist. 16,4

Quid mihi prodest philosophia,	si fatum est?
quid prodest,	si deus rector est?
quid prodest,	si casus imperat?

Nam et mutari certa non possunt et nihil praeparari potest adversus incerta...

religio: z.B. Cic. De natura deorum 2,8 (es spricht der Stoiker Balbus)

„... intellegi potest eorum imperiis rem publicam amplificatam, qui religionibus paruisent ...“  
... man kann erkennen, dass der Staat unter den Staatsmännern größer geworden ist, die die Kultvorschriften beachtet haben ...

Aug., Res gestae

(7) pontifex maximus, augur, quidecimvirum sacris faciundis, septemvirum epulonum, frater arvalis, sodalis Titius fui.

(19) templum... Apollinis in palatio... aedem divi Iuli, Lipercal, ... pulvinar ad circum Maximum, aedes in capitolio Iovis feretri et Iovis Tonantis, aedem Quirini... .. feci.

(20) ... duo et octoginta templa deum in urbe consul sextum ... refeci.

Verg. Aen.

*Jupiter zu Venus, 1,257 ff*

Parce metu, Cytherea: manent immota tuorum / fata tibi; cernes urbem et promissa Lavini  
moenia, sublimemque feres ad sidera caeli / magnanimum Aenean; neque me sententia vertit.  
1,261 ff Hic tibi (**fabor** enim, quando haec te cura remordet,/ longius et volvens fatorum arcana  
movebo)/ bellum ingens geret Italia,

Aeneas zu Venus: (1,375) nos Troia antiqua, si vestras forte per auris / Troiae nomen iit, diversa per  
aequora vectos / forte sua Libycis tempestas adpulit oris./ sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste  
penates / classe veho mecum, fama super aethera notus./ Italiam quaero patriam et genus ab Iove  
summo.

Nacht: Aeneas schläft und träumt. Hektor:

(2,293) sacra suosque tibi commendat Troia penatis;/ hos cape fatorum comites, his moenia quaere /  
magna pererrato statues quae denique ponto.

Anchises: (2,680 ff.) iam iam nulla mora est; sequor et qua ducitis adsum./ di patrii, servate domum,  
servate nepotem./ vestrum hoc augurium vestroque in numine Troia est.

(3,11) feror exsul in altum / cum sociis natoque penatibus et magnis dis.

16 feror huc et litore curvo / moenia prima loco fatis ingressus iniquis / Aeneadasque meo nomen de  
nomine fingo./ sacra Dionaeae matri diuisque ferebam / auspibus coeptorum operum, superoque  
nitentem/ caelicolum regi mactabam in litore taurum.

auf Delos bei König Anius: Orakel des Apoll

auf Kreta: Penaten erscheinen im Traum

in Buthrótum bei Andromache und Helenus: Orakel des Apoll

Dido und Anna (4, 56) principio delubra adeunt pacemque per aras / exquirunt; mactant lectas de  
more bidentis / legiferae Cereri Phoeboque patrique Lyaeo,/ Iunoni ante omnis, cui uincla iugalia  
curae./ ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido / candentis uaccae media inter cornua fundit,/  
aut ante ora deum pinguis spatatur ad aras,/ instauratque diem donis, pecudumque reclusis /  
pectoribus inhians spirantia consulit exta.

Brand der Schiffe (5,685) tum pius Aeneas umeris abscindere uestem / auxilioque uocare deos et  
tendere palmas:/ 'Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad unum / Troianos, si quid pietas antiqua  
labores / respicit humanos, da flammam euadere classi / nunc, pater, et tenuis Teucrum res eripe leto./  
uel tu, quod superest, infesto fulmine morti,/ si mereor, demitte tuaque hic obrue dextra.' / uix haec  
ediderat cum effusis imbribus atra / tempestas sine more furit...

in Cumae (6,56) 'Phoebe, grauis Troiae semper miserate labores,/ Dardana qui Paridis derexti tela  
manusque/ corpus in Aeacidae, magnas obeuntia terras / tot maria intraui duce te [...]/ 65 tuque, o

sanctissima uates,/ praescia uenturi, da (non indebita posco / regna meis fatis) Latio considerare Teucros / errantisque deos agitataque numina Troiae./ tum Phoebos et Triuiam solido de marmore templum / institutam festosque dies de nomine Phoebi.

König Latinus (7, 81) At rex sollicitus monstris oracula Fauni,/ fatidici genitoris, adit ...

(7,133 ff.) nunc pateras libate Ioui precibusque vocate / Anchisen genitorem, et uina reponite mensis.“  
Sic deinde effatus frondenti tempora ramo / implicat et geniumque loci primamque deorum / Tellurem Nymphasque et adhuc ignota precatur / flumina, tum [...] / hic pater omnipotens ter caelo clarus ab alto / intonuit...

Euander: (8,511 ff.) tu, cuius et annis / et generi fatum indulget, quem numina poscunt,/ ingredi, o Teucrum atque Italum fortissime ductor./ hunc tibi praeterea, spes et solacia nostri,/ Pallanta adiungam; sub te tolerare magistro / militiam et grave Martis opus, tua cernere facta / adsuescat, primis et te miretur ab annis./ [...] Vix ea fatus erat, [...] / ab aethere fulgor cum sonitu uenit

Schildbeschreibung: (8,678 ff.) hinc Augustus agens Italos in proelia Caesar cum patribus populoque, penatibus et magnis dis,/ stans celsa in puppi [...]

Angriff der Latiner auf das Trojanerlager (9, 621 ff.) Talia iactantem dictis ac dira canentem / non tulit Ascanius, neruoque obuersus equino / contendit telum diuersaque bracchia ducens / constitit, ante Iouem supplex per uota precatus:/ 'Iuppiter omnipotens, audacibus adnue coeptis./ ipse tibi ad tua templa feram sollemnia dona,/ et statuam ante aras aurata fronte iuuenem / candentem pariterque caput cum matre ferentem,/ iam cornu petat et pedibus qui spargat harenam./' audiit et caeli genitor de parte serena / intonuit laeuum, sonat una fatifer arcus./ effugit horrendum stridens adducta sagitta / perque caput Remuli uenit et caua tempora ferro / traicit.

Turnus: (10,491 ff.) „Arcades, haec“ inquit „memores mea dicta referte / Euandro: qualem meruit, Pallanta remitto. [...]“ [...] et laevo pressit pede talia fatus / exanimem, rapiens inmania pondera baltei [...] (503 ff.) Turno tempus erit, magno cum optauerit emptum / intactum Pallanta et cum spolia ista diemque / oderit.

11,1 ff. Oceanum interea surgens Aurora reliquit:/ Aeneas, quamquam et sociis dare tempus humanis / praecipitant curae turbataque funere mens est,/ uota deum primo uictor soluebat Eo./ ingentem

quercum decisis undique ramis / constituit tumulo fulgentiaque induit arma,/ Mezentis ducis exuuias,  
tibi magne tropaeum / bellipotens; aptat rorantis sanguine cristas / telaque trunca uiri, et bis sex  
thoraca petitem / perfossumque locis, clipeumque ex aere sinistrae / subligat atque ensem collo  
suspendit eburnum.

Vertrag, Aeneas: 12,190 nec mihi regna peto: paribus se legibus ambae  
invictae gentes aeterna in foedera mittant./ sacra deosque dabo;

Duell: 12,725 f. Iuppiter ipse duas aequato examine lances  
sustinet et fata imponit diversa duorum,/ quem damnet labor et quo vergat pondere letum.

Juno, von Jupiter zur Rede gestellt (12,819 ff.)

illud te, nulla fati quod lege tenetur,/ pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum:  
cum iam conubiis pacem felicibus, esto,/ component, cum iam leges et foedera iungent,  
ne vetus indigenas nomen mutare Latinos / neu Troas fieri iubeas Teucrosque vocari  
aut vocem mutare viros aut vertere vestem. sit Latium, sint Albani per saecula reges,  
sit Romana potens Itala virtute propago;/ occidit, occideritque sinas cum nomine Troia.“

Jupiters Antwort: 12,833 ff. do quod vis, et me victusque volensque remitto. sermonem Ausonii  
patrium moresque tenebunt,/ utque est, nomen erit; commixti corpore tantum / subsident Teucri.  
morem ritusque sacrorum / adiciam faciamque omnis uno ore Latinos./ hinc genus Ausonio mixtum  
quod sanguine surget,/ supra homines, supra ire deos pietate videbis,/ nec gens ulla tuos aequae  
celebrabit honores.

(12,930 ff.) ille humilis supplex oculos dextramque precantem / protendens: „equidem merui nec  
deprecor“ inquit / „utere sorte tua. miseri te si qua parentis / tangere cura potest, oro – fuit et tibi talis /  
Anchises genitor – Dauni miserere senctae / et me seu corpus spoliatum lumine mavis / redde meis.  
vicisti, et victum tendere palmas / Ausonii videre; tua est Lavinia coniunx:/ ulterius ne tende odiis.“  
stetit acer in armis / Aeneas volvens oculos dextramque repressit;/ et iam iamque magis cunctantem  
flectere sermo / coeperat, infelix umero cum apparuit alto / balteus et notis fulserunt cingula bullis /  
Pallantis pueri, victum quem volnere Turnus / straverat atque umeris inimicum insigne gerebat./ ille,  
oculis postquam saevi monimenta doloris / exuuiasque hausit, furiis accensus et ira / terribilis: 'tunc  
hinc spoliis indute meorum / eripiare mihi? Pallas te hoc uulnere, Pallas / immolat et poenam scelerato  
ex sanguine sumit./ hoc dicens ferrum aduerso sub pectore condit / feruidus; ast illi soluuntur frigore  
membra / uitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.